¶ Prouerb. metric. extraord. l. vag. Presu/lis albini: seu martyris ossa ruffini:
Rome si quis habẽt vertere cuncta valet.

¶ De facetis dictis exclusiuis ve recundie imminentis. Rica. 20.

Valerius maximꝰ. ti. de fiducia sui: Spartanus quidam increpitus a quodã ꝙ in aciem claudus descenderet: pugnare non sibi fugere propositum eẽ re/spondit. ¶ Li. 6. t. grauiter dicta aut facta: Spartanus quidam nobilitate ⁊ sanctitate prestans in petitione magistratus victus: maxime sibi letitie esse preiudicauit ꝙ ali/quos patria sua se meliores haberet. Quo sermone repulsam honori adequauit.

¶ Johannes solobriensis anglicus in poli/cratone: li. 4. Octauianus augustus cuȝ va/nus a corporis breuitate conuiciatus: cu/iusdam impetu diceretur: sibi calciamentis grandiusculis vtendum esse respondit. ¶ Li. 7. Cicero consul cuȝ in palatio domũ emere vellet ⁊ pecuniam in presens non ha beret a silla qui tunc reus erat mutuo sexter tium vicesies accepit. Ea res priusq̃ emere tur prodita est ⁊ in vulgus exiuit: obiectũq; est ei: ꝙ pecuniam domus emende causa a reo accepisset. Tunc Cicero inopinata op/probratione permotus accepisse se negauit dicens se domum non esse empturum: atq; ideo falsum esse inquit ꝙ obicitis: vt verũ sit me pecuniam accepisse si domum eme/ro. Sed cum postea emisset: ⁊ hoc mendati um ei in senatu ab amicis obijceretur: risit satis: atq; in tridendo imprudentes inquit homines estis cum ignoratis prudentis et cauti patrisfamilias esse qđ emere velit: in/empturum sese negare propter competito/res emptionis: sic itaq; ꝙ inficiari non pote rat vrbano facetoq; dilluit dicto familiare siquidem habebat: vt quotiens obiectũ tur pe abnegare non posset: responsione iocula ri illud eluderet.

De iocali seu faceta excusatione. Rubrica. 21.

Valerius maximus: li. 5. ti. de humanitate aut clementia: Pirrus rex audierat quosdam in cōuiuio tarentinorum parum honoratum de se sermonez habitum: accersitos qui ei interfuerāt percūctabat an ea que ad aures ipsi⁹ peruenerāt dixissent. Tū ex his vnus: nisi inquit nobis vinū defecisset: ista que tibi relata sūt p̄ his que de te locuturi eramus lusus ac iocus fuissent. Tā vrbana crapule excusatio tāq̄ simplex veritatis confessio: irā regis cōuertit in risum. Qua quidem clementia ⁊ moderatione assecutus est vt ⁊ sobrij sibi tarentini grās agerent ⁊ ebrij bene precarentur. ¶ Ti. de gratis. Gaij marij non solū p̄cipu⁹ sed etiā prepotens grate mentis fuit imperatus: duas enim camentium cohortes mirabili virtute vim cymrorum substinentes in ipsa accie aduersus conditionem federis ciuitatem donauit. Quod quidem factum et vere ⁊ egregie excusauit: dicendo inter armorum strepitum verba se iuris ciuilis exaudire non potuisse: ⁊ sane id tempus tunc erat quo magis defendere q̄ audire leges oportebat.

¶ Johānes solobrienses anglicus in polycratone: li. 4. Cicero consul cum in palatio domum vellet emere ⁊c. vt. s̄. ti. proximo.

¶ De electis laudationibus ⁊ blādimentis ⁊ gratulationibus Rubrica. 22.

Paralipomenon lib. 2. iuxta prin. p̄t. 2. cart. Regina sabba cum audisset famaz salomonis: venis vt temptaret eum in enigmatibus in hieruralem. ⁊ cum temptauit euz dixit ei: Uicisti famam virtutibus tuis.

¶ Terentius in adelphis. c. 6. O frater frater quid ego te nūc laudem: satis certe scio nunq̄ ita magnifice quicq̄ dicam id virt⁹ quoniam superet tua. ¶ c. 7. O mi germane ab vereor coram in os te laudare amplius. Ne id absentandi magis q̄ qd̄ habeam gratum facere existimes.

¶ Tullius de oratore congratulationis sui ad senatum: Si patres ↄscripti pro vestris immortalibus in me fratremq̄ meum liberosq̄ nostros meritis parum vobis cumulare grās egero: queso obtestorq̄ ne mee nature potius q̄ magnitudini vestrorum beneficiorum retribuendum putetis. Que tanta enim potest existere vbertas ingenij: que tanta d cendi copia: qd̄ taz diuinum atq̄ incredibile genus orationis quo quisq̄ possit vestra in nos vniuersa promerita nō dicam complecti orādo: sed percensere numerando.

¶ Ouidius de tristibus: li. j. e. 2. Siquid adhuc ego sum muneris omne tuum est.

¶ Epistola. 5. Quelibz eloquio fit bona causa tuo. ¶ Li. 2. e. vnica.

Diuitis ingenij est īmania cesaris acta
Condere materia: ne superetur opus.

¶ Libro. 3. e. 4.

Nam pede inoffenso spaciū decurrere vite
Dignus es: ⁊ fato condidiore frui.

¶ Libro. 4. e. 3.

Et patet in laudes area magna tuas.

¶ Libro. 5. e. 3. Ouidius ad cesarem:

O decus o patrie per te florentis imago.
O vir non ipso quē regis orbe minor.

¶ Paulus apostolus. e. j. ad corinthios. c. 15. Paulus apostolus dixit: Gratia dei suz id quod sum.

¶ Gaufridus in poetria. c. 101. ⁊ si. Nobilitas dandi quā non nouere moderni
Est innata tibi: tu solus gēma datorum:
Das ita nequa manus sit dando latior: aut
inest Letior: aut morula breuior.
Magnus es in dando: prudens in agendo
modestus
In gustu: rigidus in iure: fidelis in omni
Re semp̄q̄ tuos diuina p̄ambula virtus

Urget successus: ⁊ semp in ardua crescit.
Sz lz oīs apes tibi crescat honoris honore:
Crescere nō poteris q̄ntū de iure mereris.

De electis cōclusionibus retho rice orationis. Rubrica. 23.

TUllius inuectiua in salustium: Plura dicere si apud alios patres conscripti mihi esset diserendum: non apud vos quos habui omnium actionum mearū monitores. Idem in oratione pro quinto ligario Longi orem orationem causa forsitan postulat: tua certe natura breuiorem. Quare cum vtilius esse arbitrem teipsuz q̄z aut me: aut queq̄z loqui tecum finem iam faciam. Tantum teipsum admoneo: si illi salutē absenti dederis presentibus bis omnibus te daturum.

Quintillianus declamationum. 2. declama. Perorta imperator vt mediocritas ingenij mei causa scio cōmendationis partes esse reliquas. Sed has superuacuas facit sanctitas tua ⁊c̄. vnum rogat vt si quid de causa illius dubitas: des dilationem vsq3 ad proximum prelium: pone in prima accie pone ante signa: fortiter dixerim non inter tyrones: vbi vsus periculi: quo maximus ostium globus ingruet specta pugnantem: affirmo tunc minus ignoscere tribuno. s. occiso a milite quem tribunus voluit strupare: liceat ire in accie: congredi cuz hostibus. Si perire debet: rogat te imperator miles tuus opera mortis sue vtaris.

12. declama. Intelligo neq3 prudentiam vestram desiderare plura de causa: neq3 vestrā fidem ac religionem egere exhortatione vere iudicandi.

Cassiodorus epistolarum: li. 10. e. 33. Pauca dixisse sapientie vestre sufficiant: q2 q̄ in alto pectore ꝓtenditur: considera tum semper augetur. Idem de anima. c. 17. ⁊ fi. Hec pro nostro modulo non ꝓ rerum ipsa magnitudine dicta sufficiant.



Quarte partis primus liber tractat de temperantia ⁊ intemperantia ⁊ pertinentibꝰ ad eam sub his titulis.

De temperantia ⁊ modestia mō atq3 nimietate. R. j

SAlomon in prouerbijs. c. 30. ⁊ antepenul. Qui fortiter premit vbera ad eliciendum lac exprimit butyrum: ⁊ qui vehementer emungit elicit sanguinē. Ad hoc ⁊c̄. Terentius infra. Idem in ecclesiast. c. 7. Noli esse iustus multum: neq3 plus sapiens q̄z necesse est.

Cronica de nugis philosophorum. c. 8. f. de periandro: Periander comithius vnus de. vij. sapientibus ait: Modestus esto.

Aristotel. ethicorum: li. 2. c. 2. Corrumpitur temperantia ⁊ fortitudo a superabundantia ⁊ defectu: a medietate aūt saluatur. Ex recedere a voluptatibus efficimur temperati: ⁊ affecti maxime possumus recedere ab ipsis. Qui recedit a corporalibus voluptatibus: ⁊ hoc ipso gaudet temperatus ē: qui autem tristatur intemperatus. Lib. 3. c. 9. Medietas est circa delectationes temperantia. Idem magnorum moralium: li. j. c. 39. Temperantia est circa delectationes ⁊ tristitias in tactu ⁊ gustu factas. Lib. 2. c. 7. In exterioribus bonis que circa corpꝰ sunt superabundantia facta peiores facit: puta diuitie multe facte despectores ⁊ fastidiosos facit. similiter autez ⁊ in alijs bonis principatu honore: pulchritudine: magnitudine: honor magnus factus peiores facit. 24. c. Est temperatus qui non habet desideria praua. Idem rethoricorū: li. j. c. 10. Quodcunq3 fuerit maius q̄z oportet maluz est. 13. c. Temperantia est virtus propter quā ad delectatiōes corporis ita se habent singuli vt lex precipit: in continentia autem contrarium. Li. 2. c. 16. Sunt iuuenes q̄dem viriles ⁊ intemperati: senes autez temperati ⁊ formidolosi. Idem politicorum:

li.j.c.8.& fi. Intemperatus existens & formidolosus nihil faciet eorũ q̃ oportet. ¶ Li.4.c.9. Bene fortuitorũ est possessio que media omnium. facillima enim rationi obedire super pulchrum: aut super forte: aut sup ingenuũ: aut super diues: aut contraria his super egenum: aut super debile: aut valde vile difficile est rationem sequi. ¶ Lib.7.c.j. Bonorum que circa animaz vnũquodq̃ quanto quidem vtiq̃ excedit: tanto vtile ẽ. Justus nullus neq̃ temperatus a fortuna: neq̃ ꝓpter fortunã est. ¶ Idẽ topicoꝝ: li.3. Superabundantia spernendorum videtur esse: similiter autem & egestas.

¶ Terentius in andria.c.2. Id arbitror apprime in vita esse vtile vt nequid nimis. ¶ In beautontumerumenon.c.16. Jus sũmum sepe sũma malitia est.

¶ Uirgilius eneid.li.10.circa med. Nescia mens hominum fatis sortisq̃ future.
Et seruare modũ rebus sublata secundis.

¶ Oratius in epistolis: lib.j.e.6. Insani sapiens nomen feret equus iniqui.
Ultra q̃ satis est virtutem si petat ipsam.
¶ Idem in sermonibus: li.j.sermo.j.
Est modus in rebus: sũt certi deniq̃ fines.
Quos vltra citraq̃ nequit ɔsternere rectũ.

¶ Tullius retho. artis veteris: li.2.c.9. Tẽperantia est rõnis in libidinez atq̃ in alios non rectos impetus animi firma & moderata dñatio. Temperantie partes sunt cõtinẽtia clemẽtia modestia. Modestia est ꝑ quã pudor honestus puram & stabilem comparat auctoritatem. ¶ Idem retho. artis noue li.3.c.2. Modestia est in aĩo cõtinens moderatio cupiditatum. ¶ Idem de officiis: li.j c.79. Modestia est scientia reruz que agũtur aut dicuntur loco suo collocandarum. ¶ Idem in oratione pro rege deiotaro: Frugalitatem.i.modestiam temperantiam virtutem maximam iudico.

¶ Paulus apostolus epistola ad roma.c.12. Non plus sapere q̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem.

¶ Seneca tragediarum in hercule furente.c.3. Arma non seruãt modum. Nec temperari facile nec reprimi põt Stricti ensis ira. ¶ Introa.c.4. Moderata durant. ¶ Idem epistolarum ad lucillum: li.4.e.j. Omnis virtus est in modo. Modus certa mensura est. ¶ Li.11.e.3.& fi. Nunq̃ perniciosa seruãt modum. ¶ Li.14.e.2. Nunq̃ imoderata durãt: nisi illa moderatrix ratio compescuit. ¶ Idem de beneficiis: li.2. Eque peccat q̃ excedit q̃ qui deficit. ¶ Idem de tranquillitate animi. Uiciosum est vbiq̃ qđ nimium est.

¶ Status thebe. libro 10. Secundis pone modum.

¶ Plinius de naturali hysto. li.11.c.43.& fina. Pernitiosissimum est in omni vita qđ nimium est.

¶ Juuenalis: li.2.saty.j.
Imponet finem sapiẽs in rebus honestis.

¶ Lex dige. titu. ad leg. iul. de adulteriis. l. si adulterium cum incestu. §. imperatores: Difficillimum est iustum dolorem temperare. ¶ Lex auten. vt determinatus sit numerus clericorum circa principiũ: Pene nihil imensum bonum est.

¶ Marcialis cocus. l. vndiq̃ suscepto.c.2. Uirtus absq̃ modo nomen habet vicij.

¶ Ualerius maximus: li.4.ti. de moderatione: Theopompus rex spartanorum cuz primus istituisset vt ephori lacedemonie crearent: ita futuri regie potestati oppositi quẽadmodum rome consulari imperio tribuni plebis sunt obiecti: atq̃ illi vxor dixisset id egisse illum vt filiis minorem potestatẽ relinqueret relinquam inquit: sed diuturniorem. optime quidem: ea enim demum tuta est potentia que viribus suis modum imponit. Igitur theopompus regum legitimis vinculis constringendo quo longius a licentia retraxit hoc ad beniuolentiam ciuium propius admouit. Nihil est tam preclaruz: aut tam magnificuz: qđ non moderatione temperari desideret.

¶ Auctor. l. de for. bone. vite.c.2. Non tibi dabis impetus liberos: sed circunspicies

quo eundum sit vel quousqꝫ. ☞ 4. c. Conti/nentiam si diligis circuncide superflua ⁊ in artum desideria tua constringe. Nec extol/las queqꝫ nec deicias.

¶ Ambrosius de officijs: libro .j. c. 23. Tem/perantia modum ordinemqꝫ seruat omnium que vel agenda vel dicenda arbitramur.

¶ Cato capitulo .3.
Quod nimium est fugito.

¶ Cassiodorus epistolarum: li. j. e. 4. Volun/tas recta in grauibus passionibus non est. ☞ 10. e. Assidue dimicantibus difficile est morum custodire mensuram. ☞ 18. Mo/dus vbiqꝫ laudandus est. ☞ Libro .2. e. 26. Cum temperantia diligitur: velociter profu/tura succedunt. ☞ 41. e. ⁊ fina. Is vincit assi/due qui nouit omnia temperare. ☞ Li. 3. e. j. Moderatio prouida est que gentes seruat furor autem instantiam plerunqꝫ precipi/tat. ☞ 11. e. Modesta dilige. ☞ Lib. 4. e. 4. Modus raro letis rebus imponitur: qui magis in tristibus inuenitur. ☞ Li. 9. e. 15. Omnia decet sub ratiõe moderari: nec pos/sunt dici iuxta que nimia sunt. ☞ 25. e. ⁊ fi. Indubitata gloria morum est custodisse mensuram. ☞ Li. 10. e. 3. Nimium non pla/cet: etiam qđ bonũ putatur. ☞ 11. e. De mo/destia laus sumitur: de elatione odium con/citatur. ☞ Idem de anima. c. 7. Contra dele/ctationes illicitas ⁊ volũtates feruidas mo/deratrix nobis temperantia suffragatur.

¶ Isydorus solliloquiorum: li. 2. c. 46.
Etiam in bonis imoderatus esse nõ debes.
Omnia in suo modo perfecta sunt.
Bona imoderato vsu noxia efficiuntur.
Nimietas omnis in vicio deputatur.
☞ 49. c. Omne qđ nimis est vicium est.

¶ Auctor .l. qui dicitur facetus. c. 5.
Sed tamen in contractis placidus modus est adhibendus.
Nam sine mensura nil valet esse bonum.

¶ Auctor rudium doctrine: li. 2.
Et modus in rebus res facit esse bonas.

¶ Heinricus samariensis: lib. 2. Preualet in cunctis discreta modestia rebus.
Qua sine virtutum grande peribit opus.

¶ Jacobus beneuentanus. c. 22.
Nam decet omnes
Actibus in cunctis semper habere modũ

¶ Gaufridus in poetria. c. 31.
In omnibus vna
Est virtus seruare modum.

¶ Ricardus iudex venusinus: li. de pertra/ctatione nupt. c. 33. Quas agimus cunctis modus est in rebus habendus.
Iusqꝫ rectũqꝫ perit deficiente modo.

¶ Montenarius in luna cleri. c. 92.
Qui nimis emungit fundit ꝑ lacte cruorem.

¶ Prouerb. metric. extraord. l. vag.
Omne qꝫ est nimium vertitur in vicium.
Semper ad omne quod est mensuram po/nere prodest.

¶ Prouerb. vulg.
Mesura dura.
Ogno tropo nose.
Chi a mesura per amiga la el traze dogna briga.
Chi tutto vole tutto perde
Chi tropo abraza pocho strenze
Chi tropo parla spesso pecca
Chi piu monta che no de: piu tosto caze chẽ no cre. Chi ha troppo peuere en polenta en mete.
Chi troppo mesura pocho lauora.
Oẽ soperchio rompe couerchio.

¶ De medio ⁊ extremis. Rica. 2.

ARistoteles Ethicorum: li. 2. c. 5. Medium est qꝫ equaliter di/stat ab vtroqꝫ extremorum. Om/nis sciens superabundantiam ⁊ defectum fugit: medium autem querit. Virtus medij est coniecturatrix. Malitie quidem est su/perabundantia ⁊ defectus: virtutis aũt me/dietas. ☞ 6. c. in omnibus medietas est lau/danda: extrema autem non recta nec lauda/bilia: sed vituꝑabilia sũt. ☞ 7. c. ⁊ fi. In vno quoqꝫ mediũ accipe difficile ẽ. Mediũ atti/gere sũme difficile est. Medius hitus in oĩ/bus laudabilis ẽ. ☞ Li. 4. c. 6. Suꝑabũdãtie

& defectus vituperabiles sunt. ☞ Li. 5. c. 3. Equale est medium maioris & minoris. ☞ Idem magnorū moraliū: li. j. c. 11. Medium habere difficile est. ☞ 40. c. Optimū est medium. ☞ Idem politicorum: li. 3. c. 9. & penul. Iustum querentes medium querunt. ☞ Li. 4. c. 9. Quod mediocre optimū est: & qđ medium. Que media optima sunt. Paucū est qđ medium semper. ☞ Li. 5. c. 6. Quod iustum est equale videtur esse. ☞ Li. 6. c. 2. Semper querunt qđ iustū & qđ equale est: q̃ minores sunt: preeminentes autem nihil curant. ☞ Lib. 8. c. 7. Medium superabundantiarum laudamus & dicim⁹ prosequi oportere.

¶ Ouidius methamorph. lib. 2. Medio tutissimus ibis.

¶ Seneca tragediarū in hercule etheo. c. 6.
Quisquis medium defugit iter.
Stabili nunq̃ tramite curret.

¶ Maximianus: Maior enim medijs gratia rebus inest.

¶ Heinricus samariensis: li. 2. Nec viscosa manus oleo nec vncta sit vno.
Interutrūq; tenens respuat omne nimis.

¶ De modo exigentie cuiuscūq; proportionalitatis seu conformitatis. Rubrica. 3

Oratius in poetria Sumite materiam vestris qui scribitis equam viribus: & versate diu quid ferre recusent. Quid valeant humeri ☞ Idem in epistolis: li. j. e. 7. Paruum parua decent.

¶ Ouidius de remedio amoris: li. 2. & fina.
Infirmis culpa pusilla nocet.
Nutritur vento: vēto restringitur ignis
Leuis alit flāmas: grandior aura necat.

¶ Paulus apostolus: epistola. 2. ad corinthios. c. 9. Qui parce seminat parce & metet

¶ Seneca epistolarum ad lucillum: li. 19. e. 2. Aptari corpus viribus debet nec plus occupari q̃ cui sufficere possumus ☞ Idē de tranquillitate animi: Necesse est opprimāt onera que ferente maiora sunt.

¶ Cato capl'o. 4. Quod potes id tenta: operis ne pondere pressus Succumbat labor: & frustra tentata relinquas.

¶ Cassiodorus: epistolarum: lib. 8. e. 20. Contrarijs rebus plerunq; medicina paratur.

¶ Caldo. 29. fab. Non vltra vires discant presumere viles.

¶ Gualterius de castellione: li. 10. & fi. Sic se conformet meritis cuiusq; gethea:
Ut qui deliquit leuius: leuioribus ille
Subiaceat penis: & qui grauiore reatu
Excessit grauius: grauiorē sentiat ignem.

¶ Gaufridus in poetria. c. 31. Gressus precurrant oculi: precon sule mentem.
Et vires metire tuas: si fortis es aude
Grādia. si fragilis: humeri impone mīora
Si mediocris: ama mediocria: sumere noli
Que qñ sumis p̄sumas in omnibus ima.
Est v̄tus fuare modū memor īprime mēti.

¶ Prouerb. vulg. A carne de louo salsa de cane. Acotal molton cotal bocon. Chi alaro vole enuolare laro conuene essere.

¶ De paucitatis acceptabilitate & reprobatiōe multitudinis. Rubrica. 4.

Aristo. Ethicorum. li. 8. c. 4. Multis eē amicum f̄m perfectam amicitiam non contingit: quemadmodū neq; amare multas simul. Multas simul eidem placere valde non facile. ☞ Li. 9. c. 11. Difficile fit & congaudere & condolere familiariter multis. Non contingere videbitur multis esse amicū valde: ꝑpter qđ neq; amare plures. ☞ Idē politicoꝝ. li. 2. c. j. Multi seruiētes qñq; deterius seruiūt paucioribus. ☞ 8. c. Unū opus ab vno optime ꝑficitur. ☞ 9. c. Nō est facile ꝑspicere multa vnum. ☞ Li. 4. c. 12. Melius vnūq̄dq; opus sortitur cura circa vnū intenta q̃ circa multa. ☞ Li. 7. c. 3. Difficile forte aut impossibile bene leg bus regi eam ciuitatem que val de multorum hominum est. Ualde excedens nūerus non pōt participare ordinem.

¶ Idem retho.li. 3. z fi.c. 14. Quanto fuerit maior populus: tanto remotior intellectus. ¶ Idem topicorum: lib. 7. Uerisimile est in multis magis q̃ in paucis peti fieri.
¶ Tullius tusculanarum q̃onum: li. 2. Pauca ipsa sepe multũ prosunt z ferũt fructus.
¶ Seneca epistolarum ad lucillum: li.j.c.2. Distrahit librorum multitudo: itaq3 cũ legere non possis quantum habueris satis ẽ habere quantum legas. ¶ Li. 6.c.3. Lectio crebra prodest vana delectat. ¶ Idez de trãquillitate animi. Onerat discentem turba librorũ: non instituit multoq3 satius est paucis te auctoribus tradere q̃ errare per multos. ¶ Idem de beneficijs: li. 5. Solet plus prodesse si pauca precepta sapientie teneas: sed illa in promptu z in vsu tibi sint: q̃3 si multa quidem didiceris: sed illa non habeas ad manum. ¶ Idem de consolatione ad elbiam matrem: Cupiditati nihil satis est: nature satis est etiã parũ. Necessarijs reb9 exilia sufficiunt: superuacuis non regna ¶ Idem de beata vita. Argumentum pessimi turba est.
¶ Lex coð.ti. de veteri iure enucleãdo: li. 2. §. sed z si quid. Multo melius est pauca idonee effundere q̃3 multis inutilibus homines pregrauari. ¶ Lex auten.ti. de referẽdarijs sacri palatij ad finez. Multitudo hominum numerosa nihil habet honestum: quoniam paucis ex multis que fm virtutem est vita saluatur.
¶ Uegetius de re militari: li.j.ti.j. In certamine bellorũ exercitata paucitas ad victoriam est promptior: rudis z indomita multitudo exposita semper ad cedem. ¶ Lib. 3. titu.j. Pluribus casibus subiacet amplior multitudo.
¶ Marcialis cocus.l. vndiq3 suscepto.c.2. Predicat hermagoras nõ oĩb9 eẽ placẽdũ. Elige de multis regule cui placeas.
¶ Boetius de consolatione: li. 2.c.9. Paucis minimisq3 natura contenta est.
¶ Cassiodorus epistolarum: li. 7.e.2. Dum tempus potantis prolixum queritur culparum opprobria non vitantur. ¶ 9.e. A paucis accipit qui nimium querit.
¶ Gregorius in pastorali.c.5. Impar quisq3 inuenitur ad singula duz confusa mente diuiditur ad multa. Nequaq̃3 plene vniuscuiusq3 operis ratio colligitur dum mens per diuersa partitur.
¶ Montenari9 in luna cleri.c.j. Mens varijs hebetatur dedita curis. ¶ c. 93. Plura petit vicium: paucis natura fouetur:
¶ Prouerb. metric. extraord.l. vag. Pluribus intentus minor est ad singula sensus.
Qui binos lepores vna sectabitur hora:
Uno quãdoq3: quãdoq3 carebit vtroq3.
Segnius expediũt cõmissa negocia plures.
¶ Prouerb. vulg. Chi doe leuore caza luna perda elaltra lassa.

¶ De paulatinorum potentia. Rubrica. 5.

Iob. ¶ Iob xyst.c. 14. Lapides excauat aqua: z alluuione paulatim terra consumitur.
¶ Aristotel. politicorum: li. 5.c.6. Substantias consumunt parue expense sepe facte:
¶ Jesus filius sirach: in ecclesiast.c. 19. Qui negligit modica paulatim decidit.
¶ Ouidius de arte amandi: libro primo.
Tẽpore difficiles veniunt ad aratra iuuẽci
Tempore lecta pati frena docentium equi.
Ferreus assiduo conrumitur anulus vsu.
Interit assidou vomer: aduncus humo.
Quid magis est durũ saxo q̃d moli9 vnda.
Dura tamen molli saxa cauant aqua
¶ Libro. 2. Rustica paulatim taurus aratra subit. ¶ Libro. 3. extra.
Conterit ferrum silices tenuantur ab vsu.
¶ Idem de remedio amoris: li. 2. z fi.
Grãdia per multos tenuant flumina riuos
Magnaq3 seducto stipite flãma perit.
¶ Frontinus: li.j.ti. 10. Quintus sertorius q experimento didicerat imparem se vniuerso romanorum exercitui: vt barbaros quoq3 inconsulte pugnaz exposcentes docerent: adductis in conspectu duob9 equis:

altero prevalido: altero ad moduz exili: duos admonuit iuuenes similiter affectos robustum & gracilem: ac robustiori imperauit equo exili vniuersam caudam abrumpere: gracili autez valentiori per singulos pillos euellere. Cumqz gracilis fecisset qd imperatum erat validissimus cum infirmi equi cauda sine effectu luctaretur: naturam inquit sertorius romanorum cohortium per hoc vobis exemplum ostendi: milites insuperabiles sunt vniuersos agredientibus eosdez: lacerabit & carpet qui per ptes attentauerit.

¶ Marcialis cocus. l. vndiqz suscepto. 3. c. Decidit imensus paulatim mõtis aceruus. Fluminea tellus aluuione perit.

¶ Gregorius ipastorali. c. 58. Hoc agit scintilla latenter crescens: qd patenter procella seuiens.

¶ Isydorus in synon solliloquiorum: lib. 2. c. 31. Paulatim crescunt vitia: & duz pua nõ cauemus in magnis prolabimur.

¶ Auctor. l. qui dicitur facetus. c. 5. Et durum lapidem gutta cadendo cauat.

¶ Jacobus beneuentanus. c. 50. Gutta leuis saxum durum cauat illa frequenter Dum cadit id supra: qp tibi dico nota.

¶ Prouerb. vulg. Apasso apasso valhomo bẽ lõgi. Aquatro aquatro semple el sacco.

¶ De multitudinis acceptilitate & reprobatiõe paucitatis. Rbica. 6.

Salomon in prouerbijs c. 14. In multitudine populi dignitas regis: & i paucitate plebis igminia pncipis.

¶ Aristotelis politicorum. l. 4. c. 9. Ubi multum qp intermedium minime fiunt: conturbationes & dissessiones politiarum. Et magne ciuitates sunt magis fiue seditionibus propter eandem causam: qz multum qp medium. In paruis antem facile diuidere oẽs in duo: vt nihil relinquatur medium: & oẽs fere egeni vel opulenti sunt. ¶ Idem topicorum: li. 3. Magis eligenda est sup abundantia amicitie qz pecuniarum.

¶ Ouidius de arte amandi: li. j. ad fi. Qui sapit innumeris moribus aptus erit. ¶ Lib. 2. Sed que non prosũt singula multa iuuãt.

¶ Cassiodorus epistolarum: li. 6. e. 11. Constat felicem esse rem publicam que multis ciuibus resplendet ornata.

¶ De acceptabilitate temporis & sociorum. Rubrica. 7.

Salomon in ecclesiast. c. 3. Omnia tempus habent: & suis spacijs transeunt vniuersa sub sole. Temp⁹ flendi: & tempus ridendi: tempus lugendi & tẽpus saltandi. Tempus acquirendi: & tempus perdendi: tempus custodiendi: & tempus abijciendi. Tempus tacendi & tempus loquendi. Cuncta fecit deus bona in tempore suo. ¶ 8. c. Omni negocio tempus est & opportunitas.

¶ Oratius in epistolis: li. j. e. 11. Tu quãcũqz deus tibi fortunauerit horam. Grata sume manu: nec dulcia differim annum.

¶ Ouidius de remedio amoris li. j. Temporibus medicina valet: data tempore psunt. Et data non apto tempore vina nocent. Quã etiã accendas vitia mitescqz vitando Temporibus si non agrediare suis.

¶ Idem de tristibus: li. 6. & fi. c. j. Judicis officium est vt res ita tpa rerũ Querere. Cõsilium resqz locusqz dabunt. ¶ Idem fine titulo seu amorum: li. j. c. 3. Consilium nobis resqz locusqz dabunt.

¶ Paulus apostolus epistola. 2. ad corinthios. c. 6. Ecce tempus acceptabile. Ecce dies salutis.

¶ Seneca tragediarum in medea. c. 3. Tempori aptari decet.

¶ Lucanus: li. j. Tolle moras semper nocuit differre paratis.

¶ Maximianus: Non omnibus annis omnia conueniunt.

¶ Marcialis cocus. l. vndiqz suscepto. c. 5. Uiuendi recte fatuus procrastinat horam.

¶ Auctor. l. de for. hone. vite. c. 2. Prout rerũqz temporum varietas exigit: ita te accomodes tempori: nec te in aliquibus mutes

sed potius aptes.

¶ Cato capl'. 3 Rem tibi quã noscis aptam dimittere noli. Frõte capillata post hec occasio calua ✓ Capitulo. 5. ꝛ finali.
Q3 primũ rapienda tibi est occasio pma.
Ne rursus queras que iã neglexeris ante.

¶ Cassiodorus epistolarum: li. 5. e. 22. Aptum est omne bonum locis suis: ꝛ laudabilia quoqꝫ sordes eunt nisi congrua sede potiantur.

¶ Isydorus in synon. sollilo. lib. 2. c. 41. In bonis dilatio nocet.

¶ Jacobus beneuentanus. c. 19. Si quid pmissum fuerit tibi suscipe raptim:
Mens a proposito nam resilere potest.

¶ Auctor. l. de moribus medicorum. c. 15. Oia fructificãt cum venit apta dies.

¶ Bel nus in speculo vite pt. j. extra. 4. Tempore cuncta suo quisqꝫ peritus agit.

¶ Prouer. vulg. Chi ha tẽpo nõ speta tẽpo
Quando dio da porcello appara sa cbello
Sapun vende merce.
Nauega te nauega.
El destro fa laron. El destro fa putana.

¶ De modo celeritatis dilationis ꝛ more. Rubrica. 8

Salomon in prouerbijs. c. 13. Substãtia festinata minuetur: que autem paulatim colligitur manu multiplicabitur. Spes que differtur affligit animam. ✓ Idem in ecclesiast c. 8. Quia nõ pfertur cito contra malos sententa: absqꝫ vllo timore filij hominum perpetrãt mala.

¶ Aristotel. ethicorum: lib. 6. c. 6. Operari quidem oportet velociter consiliata: consiliari autem tarde.

¶ Salustius in iugurtino. Natura mortalium preceps est ad explẽdã animi cupiditatẽ. Animo cupienti nihil satis festinatur.

¶ Tullius phylipicorum: lib. 6. Expectatio quidem quantum afferat langoris animo quis non videt.

¶ Ouidius epistolaꝝ. 16. e. Sed nimiũ pperas: ꝛ adhuc tua messis in herba est. ✓ Epl'a. 18. Lõga est nobis omnis que gaudia differt ✓ Idem de arte amandi: lib. j.
Tempore difficiles veniũt ad aratra iuuẽci
Tempore lecta pati frena docentur equi.
✓ Idem de remedio amoris: li. j.
Nã mora dat vires: teneras mora pcoquit vuas. Et validas segetes qꝫ fuit herba facit
✓ Idem de tristibus: li. 4. e. 6.
Tẽp⁹ vt extentis tumeat facit vua racemis
Utqꝫ meruꝫ capiant grana qͦd intus habẽt
Tempus ꝛ incauas semen producit aristas
Et ne sit tristi poma sapore facit.
Hoc tenuat dentem terrã minuẽtis aratri.
Hoc rigidos silices hoc adamãtem terit
Hoc etiã seuas paulatim mitigat iras.
Hoc minuũt lachrymas: mestaqꝫ corda leuat. Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas. ✓ Idẽ de ponto: li. 3. e. 7. ꝛ añpel'.
Mitius ille perit subita qui mergit' vnda.
Q3 sua qui tumidis barachia lassat aqs.

¶ Seneca tragediaruꝫ in epido. c. 10. Quid verba queris: veritas odit moras. ✓ Idem epistolarum ad lucillum: li. 5. e. 11. ꝛ fi. Nihil ordinatum est qꝫ precipitatur ꝛ properat. ✓ Idem declam. seu ciuilium causarum: li. 7. c. 7. Affectus non sustinet morã. ✓ Ideꝫ impubijs. Etiã celeritas in desiderio mora est. Ad penitendum properat qui cito iudicat. In iudicando criminosa est celeritas. Mora omnis odio est: sed sapientem facit.

¶ Lucanus: li. j. Tolle moras: semper nocuit differre paratis.

¶ Juuenalis: li. 3. saty. 2. Breuesit qͦd turpiter audes.

¶ Marcialis cocus. l'. vndiqꝫ suscepto. c. 5. Uiuẽdi recte fatuus procrastinat horam.

¶ Maximianus. Pena minor certam subito proferre ruinã.
Quã timens grauius sustinuisse diu.

¶ Prosper sub. 66. emp. Gratior est fruct⁹ qꝫ spes productior edit.
✓ Epigrãma. 70. Quid iuuat in longuꝫ causas producere morbi. Cur dubiuꝫ expectat cras hodierna salus.

¶ Cassiodorus epistolaruz: li. j. c. 39. Quod salubriter constat esse dispositum per tardi tatis vicium non incurrat obstaculū. ¶ Li. 3. c. 14. Malum cum perseuerat augetur: ꝛ remediabile bonum est in peccatum acce lerata correctio. ¶ 40. c. Lesionis genus est profutura tardare. Non possumus existi mare iocundum qđ ingrata fuerit dilatione suspensum. ¶ Li. 6. c. 9. Omne siquidem iu stum celeritatis comodo transit ad benefi cium: ꝛ ꝙ debito redditur tali gratia mun⁹ putatur. ¶ Li. 9. c. 24. Habet hoc humana conditio vt celerius adepta fastidio sint: dū omne preciosum vilescit oblatum. Dulcius accipitur qđ sub aliqua dilatōe prestatur.

¶ Isydorus in synoñ. solliloquiorum: li. 2. c. 41. In bonis dilatio nocet.

¶ Bernardus. l. de improbatione viciorum c. 4. Expectata ferunt valiturum semina fructum.

¶ Jacobus beneuentanus. c. 19. Siquidez promissum fuerit tibi suscipe rapti.
Mens apposito nam resilere potest.

¶ Auctor. l. qui incipit astrolabi.
Disce diu: firmaqꝫ tibi tardaqꝫ doceto.
Atqꝫ ad scribendum ne cito prosilias.

¶ Prouerb. metric. extraord. l. vag. Uir sa piens caro leporē capit ꝛ pede tardo.

¶ Prouerb vulg. Chi va plan fiua san.
El sauio prende la leuore col carro.
Tosto e bene raro se conuene.

¶ De serotinis ꝛ tempesti uis. Rubrica. 9.

Virgilius Eneid. li. 2. circa med. O so cij qua prima inqt fortuna salutis
Monstrat iter: quaqꝫ ostendit se dextra sequamur.

¶ Ouidius de remedio amoris: li. j.
Principijs obsta: sero medicina paratur.
Cum mala prolongas cōualuere moras.
Uidi ego ꝙ pmo fuerat sanabile vulnus.
Dilatum longe dampna tulisse mora.

¶ Quintilianus declamationuz. 6. declam.
Pleraqꝫ sera pro nullis sunt.

¶ Seneca tragediarum. in ueste. c. 5. Seruz est cauendi tempus in medijs malis.
¶ In argumentatiōe. c. 4.
Sera nunqꝫ est ad bonos mores via.

¶ Lucanus: li. j. Tolle moras semper nocuit differre paratis.

¶ Juuenalis: li. j. saty. j. Animante tuba ga leatum sero duelli penitet.

¶ Cato caplo. 3. Rem tibi quā noscis aptaz dimittere noli. Fronte capillata post hec occasio calua. ¶ Caplo. 5. ꝛ fi.
Quā primū rapienda tibi est occasio pma:
Ne rursus queras que iam neglexeris añ.

¶ Gregorius in pastorali. c. 40. Sepe dum oportune agere que possumus nolum⁹ pau lo post cū volumus non valemus.

¶ Baldo. 34. Fabula que est antepenul.
Jam nimis est serū: post sūpta picula rep.
Presumptiuaꝝ stultum piguisse suarum.

¶ Montenarius in luna cleri. c. 95. Utili⁹ sero ꝙ nūqꝫ linquitur error.

¶ Prouerb. vulg. El seno de drioval pocho
El can no noa sel no a laqua ala coa.
El mato nō fa pato seno cō so dano fato.

¶ De repentinis seu subitis acti bus. Rubrica. 10.

Tullius tusculanarum que stionum. li. 3. Uidē tur oia repentina grauiora.

¶ Seneca epistolaꝝ ad lucillūm: li. 19. c. 1. Oia nouitate sunt grauiora.

¶ Statius theb. li. 10. Male cuncta mini strat. Impetus.

¶ Auctor. l. de for. hone. vite. c. 2. Nihil tibi subitum fit: sed totū añ prospicias.

¶ Boetius de consolatione: li. 2. c. j. Omnis subita mutatio rerum: non fine quodā qua si flucta contingit animorum.

¶ Cassiodorus epistolarum: li. j. c. 16. Om nia subita probantur incauta. ¶ Li. 8. c. 13. Inexplorati suspitionem non refugit qđ re pente prouenerit.

¶ Mattheus vintoniensis pl. j. c. 20. Con sueuit habere Effectus fragiles impetuosa manus.

¶ De sufficientia sacietate et insacietate. Rubrica .ii.

Salomon in prouerbijs. c. 27. Infernus et perditio nõ replebũtur. Similiter et oculi hominuz insaciabiles. ¶ 30. c. Tria sunt insaturabilia et quartũ qd nun q̃ dicit sufficit: infernus: et os vulue et terraq3 nunq̃3 saciatur aqua: ignis vo nunq̃3 dicit sufficit. ¶ Idẽ in ecclesiast. c. j. Nõ saturatur oculus visu: nec auris impletur auditu.

¶ Aristoteles retho. li. 2. c. 26. Iuuenes sũt cito saturabiles ad concupiscẽtias: et vehementer quidem concupiscũt: celeriter autẽ desinunt ¶ Idem politicorũ: li. 2. c. 4. Infinita est natura concupiscentie: ad cuius repletionem multi viuunt. Malitia hominũ irreplebilis est.

¶ Socrates in exhortationibus. c. 2. Satietas omnium mala.

¶ Tullius tusculanarũ questionũ: li. 5. et fi. Stultitia etsi adepta est qd concupiuit: nũq̃ tamen se satis consecutam putat. a. ¶ Idem de fine bonorũ et malorum: li. j. Cupiditates sunt insaciabiles. Ignauium cupiditatum nec modus vllus nec finis inueniri potest.

¶ Seneca de consolatione: Cupiditati nihil satis est: nature satis est etiam paruz. Quicquid desiderio qd non ex inopia: sed vitio nascitur congesseris: nõ finis erit cupiditas sed gradus. ¶ Idem eplarum ad lucillum: li. 10. e. 4. Nemo est cui felicitas sua etiam si cursu eueniat satisfaciat.

¶ Boetius de consolatione: li. 2. c. 9. Paucis minimisq3 natura contenta est. Cuius sacietatem si superfluus vrgere velis: aut iniocundum q̃ infuderis fiet: aut noxium. ¶ Li. 3. c 5. Nature minimum: auaritie nihil satis est.

¶ Cassiodorus epistolarum: lib. 11. e. 2. Unus satiare non valet omnium vota. ¶ 3. e. Arduum est quidem multorum desiderijs satisfacere.



Secundus liber quarte partis tractat de diuitijs et paupertate et pertinentibus ad eas sub his titulis.

¶ De diuitiarũ pficuo et nocumẽto pauptatis. Rbica j.

Psalmista. ps. 36. Beatus qui tenebit.

¶ Salomon in prouerbijs. c. 10. Substãtia diuitis vrbs fortitudinis ei9: pauor pauperũ egestas eorũ. ¶ 13. c. Redẽptio anime viri diuitie sue. ¶ 14. c. Etiaz pximo suo pauperũ odiosus erit: amici vo diuituz multi. ¶ 18. c. Substãtia diuitis vrbs roboris eius et quasi murus validus circũdans eũ. Cũ obsecratione loquitur paup: et diues effabitur rigide. ¶ 19. c. Diuitie addunt amicos plurimos: a paupere aũt et hi quos habuerit separantur. Fratres hominis pauperis oderunt eũ: insup et amici procul recesserũt ab eo. ¶ 22. c. Diues pauperibus imperat. ¶ Idem in ecclesiast. c. 7. Sicut protegit sapientia: sic protegit pecunia. ¶ 10. c. Pecunie obediunt omnia.

¶ Socrates in exhortationibus. c. 2. Honora presentem substãtiam pp̃ter duo: tuz vt magnũ malũ prohibeas: tum vt amico studioso erũnato suffrageris. Quo ad reliquũ vo victum haut in excessu: sed mediocriter eam dilige.

¶ Aristotel. topicorũ: li. 3. Philosophari melius est q̃ ditari. Sed nõ magis eligenduz indigenti necessarijs. ¶ Idẽ ethicorũ: li. 8. c. j. Diuitie sunt vtiliũ. ¶ Idem retho. li. 2. c. 16 Unum aliquid necessariorũ est substantia. ¶ 17. c. Sapientis est videre ad ianuas diuitũ frequentatas. ¶ 26. c. et fi. Omnis indigentia mala est. ¶ Idem politicorũ: li. j. c. 2. Res possessa organũ est ad vitam. ¶ Li. 2. c. 2. Amant quidez oẽs pecunias. ¶ 3. c. Penuria seditionem efficit et malignitatem. ¶ 4. c. Confert multitudo substantie. ¶ 6. c. Principari quidez nõ facile valde paupib9.

¶ Li. 3. c. 7. Rationabiliter preparantur honori: nobiles ⁊ diuites.

¶ Jesus filius sirach. in ecclesiast. c. 8. Non contendas cum viro locuplete ne forte econtra consistat litem tibi: multos enim perdidit aurum ⁊ argentum: ⁊ vsq; cor regum extendit ⁊ conuertit. ¶ 13. c. Pascua diuitum sunt pauperes. Diues cōmotus confirmatur ab amicis: humilis autem cum ceciderit expelletur ⁊ a notis. Diuiti decepto multi recuperatores: locutus est superbe ⁊ iustificauerunt illum. Humilis deceptus est: insuper ⁊ arguitur: locutus est sensate: ⁊ non est ei datus locus. ¶ 27. c. Propter inopiam multi deliquerunt. ¶ 40. c. Facultates et conuictus exaltāt cor. In tempore vite tue ne indigeas: melius est enim mori q̄ idigere.

¶ Terentius in phormione. Oꝫ inique comparatum est: hi qui minus habent vt semper aliq̄d addant diuitioribus.

¶ Salustius in catilinario. Semper in ciuitate quibus opes nulle sunt bonis inuidēt malos extollūt veteraodere: n oua exaptāt odio suarum rerum mutari omnia studēt.

¶ Oratius in epistolis: lib. i. e. i. O ciues ciues querenda pecunia primum est Uirtus post numos. ¶ Epistola. 6.
Et genus ⁊ formam regina pecunia donat
Et bene numatum decorat suade la venusq;
¶ Epistola. 19. Stultitiam patiuntur opes.
¶ Idem in sermonibus: li. 2. sermo. 3.
Omnis enim res. Uirtus fama decus diuina humanaq; pulchris:
Diuitijs parent: quas qui construxerit ille
Clarus erit fortis iustus sapiensue: ēt ⁊ rex
¶ Sermone. 5.
Et genus ⁊ virtus nisi cum re vilior alga ē.

¶ Tullius retho. artis noue: lib. 6. ⁊ finali. Due res sunt que possunt homines ad turpem competentium commouere: inopia atq; auaritia.

¶ Ouidius sine titulo seu amorum: lib. 3. ⁊ fi. c. 8. Curia pauperibus clausa est: dat census honores.
Inde grauis iudex: inde seuerus eques.
Idem de arte amandi: lib. 2. Pauper amet caute: timeat maledicere pauper.
Multaq; diuitibus non patienda ferat
Dūmodo sit diues barbarus ille placet.
Aurea sunt vere nec secula plˀimus auro.
Uenit honos: auro conciliatur amor.
Ipse lz venias musis comitatur homere
Si nihil attuleris ibis homere foras.
¶ Idem de tristibus: li. i. e. 5.
Horrea formice tendunt ad inania nunq̄
Nullus ad amissas ibit amicus opes.
Utq; comes radios p solis eūtibˀ vmbra ē
Cum latet h̄ pressus nubibus illa fugit
Mobile sic sequitur fortune lumīa vulgˀ
¶ Idem de fastis: li. i.
In p̄cio preciū nūc est: dat census honores
Census amicitia: pauper vbiq; iacet.

¶ Mattheus in euange. c. 26. Habenti dabitur ⁊ abundabit: ei autem qui non habet ⁊ q̄ putat se habere auferetur ab eo.

¶ Lucas in euangel. c. 8. Qui habet dabitur illi ⁊ quicunq; non habet ēt q̄d putat se habere auferetur ab eo.

¶ Seneca de remeď. fortu. c. 21. ⁊ fi. Patrimonio iā ipsa nobilitas primo loco cessit.

¶ Juuenalis: lib. i. saty. 3. Nil habet infelix paupertas durius in se: Qꝫ q̄ ridiculos homines facit. ¶ Libertas paupis hec est:
Pulsatus rogat ⁊ pugnis cōcisus adorat
Ut liceat paucis cū dentibus inde reuerti.

¶ Marcialis cocus epigrāmaton: libro. 5.
Colit ingratas pauper amicitias.
Dant opes nullis nunc nisi diuitibus.
¶ Idem libro vndiq; suscepto. c. 3
Sit pauper probus ⁊ sapiens oīo negatur.
Sit diues recte protinus annuitur.

¶ Ambrosius de officijs: li. 2. c. 21. Hoc malum iam dudum humanis influxit mentibˀ vt pecunia honori fit: ⁊ animi hominum diuitiarum admiratione capiantur. ¶ 26. c. Ita incubuerunt mentes hominum admiratione diuitiarum: vt nemo nisi diues honore dignus putetur.

¶ Boetius de disciplina scholarium: lib. 3. Nouerca est discipline egestas.

Cassiodorus epistolarum: li. j. c. 18. Indi gentiam nostram iuste fugimus que suadet excessus. Perniciosa res est in imperatore tenuitas. ¶ Li. 7. c. 18. Idonei damna vix sentiunt: tenues autem leui dispendio vulnerantur: quando vel mediocri iniuria totum videtur amittere: qui exiguum nosci/tur possidere.

Isydorus in synonima solliloquiorum: li. j. c. j. Ubique pecunia vincit. Omnes mendi citatem spernunt.

Auctor. l. qui dicitur pamphylus. c. 2.
Dūmodo sit diues cuiusdam nata bubulci
Eligit ex mille quēlibet illa virum.

Mattheus vindocinensis in poetria pt. j. c. 19. Aurum roma sitit: dātes amat: absque datiuo: Accusatiuo roma fauere negat.

Andreas ad frugalitatem de amore: li. 3. Qui plurimis consueuit abundare diuitijs multisue carnis et mundi gaudiis delecta/ri: si ad inopie post modum tenebras ellabatur totus sibi mundus factus videtur ob/scurus: nulluque veretur cōmittere crimen: vt fortunam diuitiarum recuperare possit amissam.

Jacobus beneuentanus. c. 16. Diues honoratur cunctis et diues amatur. Delitias sequitur delitiosus amor.

Ricardus iudex venusinus: lib. de pertractatione nupt. c. 4. Denarius bonus est socius quicquid petis illi
Dat tibi: denario cuncta parare potes

Auctor. l. de moribus medicorum. c. 27. et fi.
Bella mouent numus eadem sedare videt
Qui sunt discordes vnanimesque facit.
Regibus et ducibus generaliter oībus ipse
Imperat atque preest et dominatur eis.
Si careat numis sapiēs q̄si nullus habet
Et fatuus sapiens diues habet homo
Numus amcitias iūgit dat mun⁹ honores
Vix sine denarijs nullus habetur honor
Numus honorari cunctos facit atque timeri
Diues honoratur: nullus habetur inops.
Rex regum numus dn̄s manet: et dn̄atum
Omnes inclinant et famulantur ei.
Destruit edificat numus: facit oīa q̄ vult.
Jus et iustitiam cum ratione necat.

Helinus in speculo vite pt. j. ex. 3. Expertus noui: quia multos numus honorat.
Et sine denarijs nil reputatur homo.

Prouerb. metric. extraord. l. vag. Num⁹ honoratur sine numo nullus amatur.
Numus emit villas: struit et destruit illas.
Presulis albini seu martyris ossa ruffini
Rome si quis habet vertere cuncta valet.

Prouerb. vulg. Auer fa star tegnoso al balcon. Chi non ha del so musar ge po
La pouerta fa lhomo boxaro.
Quella gallina canta che se sente ouo
Chino ha soi boi no ara quādo eluole
Massara plena tosto fa cena.

De paupertatis pficuo et molestia ac illaudatione diuitiarum. Rubrica. 2.

Salomon in prouerbijs: 19. c. Domo indigens misericors est.

Plato in phedrone: Propt pecunia rum possessionem vniuersa prelia nobis fiunt.

Socrates in exhortationibus. c. j. Opes vitij magis q̄ honestatis famule sunt. Potestates quidem accidie patentes: acciētes ad illecebras iuuenes.

Aristotel. ethicorum: li. j. c. 2. Pecuniosus violentus quis ē: et diuitie nō sunt qd queritur bonum: vtiles enim sunt et alteri⁹ gratia. ¶ Idem topicorum: lib. 3. Nullus honorat diuitias per se: sed propter aliud.

Jesus filius sirach. in ecclesiast. c. 11. Si diues fueris non eris imunis a delicto.

Salustius in catilinario: Imperij et diuitiarum causa bella atque certamina omnia inter mortales sunt.
¶ Idem in iugurtino:
In omni certamine qui opulentior est etiam si accipit iniuriam: tamen quia plus potest facere videtur.

Uirgilius in georgicis: Labor oīa vincit
Improbus et duris vrgens in reb⁹ egestas.

¶ Oratius epistolarum: lib. 2. e. 3. & finali
Quanto plura parasti
Tanto plura cupis.
¶ Tullius de oratore: lib. 2. In sũma vberta te inest luxuries.
¶ Ouidius epistolarum. 15. e. Certamẽ pre mia magna mouent. ¶ Epistola. 16.
Tarda solet rebus magnis inesse fides.
¶ Idem methamorph. li. j.
Effodiunt opes irritamenta malorum.
¶ Seneca tragediarũ in hercule hetheo. c. 6
O si pateant pectora ditum.
Quantos intus sublimis agit
Fortuna metus.
Pectora pauper secura gerit.
Nec sibi pauper felix habetur:
Nisi felices cecidisse videret.
Idem epistolarũ ad lucillũ: li. 3. e. 3. Si vis vacare animo: vt paup sis oportet aut pau peri similis. Non põt studiũ salutare fieri sine fragilitatis cura: fragilitas aũt pauper tas volũtaria est. ¶ 4. e. Nemo alius est deo dignus q̃ qui opes contẽpsit: quarũ posses sionẽ tibi nõ interdico: sed efficere volo vt illas intrepide possideas: q vno ɔsequeris modo si te etiã sine illis beate victurum p suaseris tibi: si illas tanq̃ exituras semper aspexeris. ¶ 6. e. Multum est non corrum pi diuitiarũ contubernio. ¶ Li. 12. e. 2. & fi. Diuitie inflant animos: supbiã pariunt: inui diam cõtrahunt. Diuitie insolentiã dant: ni hil est aliud insolentia q̃ spes false magni tudinis. ¶ Idez de remedio fortuitoꝝ. c. 13. Diuitẽ multi comitant: mel musce sequun tur: cadauera lupi: frumenta formice: predã sequunt ista turba non hoiem. ¶ Idem de paupertate: Ad hoc vnum est amãda paup tas q a quibus a meris ostendat.
¶ Lucanus: li. 3. Certamen mouistis opes: Paucis ad exhauste spolium nõ cogit ege stas. ¶ Libro. 4. O prodiga rerum
Luxuries: nunq̃ paruo contenta paratu.
Et quesitorum pelago terraq̃ ciborum
Ambitiosa fames: & laute gloria mense
Discite q paruo liceat producere vitam.

Et quantum natura petat.
Perdita tũc vrbi nocuerunt secl'a postq̃
Ambitus & luxus & opũ metuenda facultas
Trãsuerso mentem dubiã torrẽtẽ tullerũt.
¶ Libro. 5. O vite tuta facultas Pauperis.
¶ Libro. 8. Dñis mundi securius euum
Uerus pauper agit.
¶ Iuuenalis: lib. 2. saty. vnica: Prima pere grinos obscena pecunia mores
Intulit: & turpi fregerunt tempora luxu.
Diuitie molles. Intolerabilius nihil est: q̃ femina diues. ¶ Libro. 4. saty. j.
Cantabit vacuus coram latrone viator.
¶ Libro. 5. & fi. saty. 2.
Misera est magni custodia census.
¶ Marcialis cocus epigrammatoñ. li. 11.
Ardua res h̃ est opib⁹ nunc tradere mores
¶ Ualerius maximus: li. 4. ti. de studio & in dustria: Democritus cũ diuitijs censeri pos set: que tãte fuerunt vt pater eius xerxis ex ercitui epulum dare ex facili potuerit: quo magis vacuo animo studijs litterarũ esset occupatus parua admodũ sũma retenta pa trimonium suum patrie donauit.
¶ Prosper sub. 82. empe. Instant terrenis infesta pericula rebus
Feruent pro dampnis prelia perq̃ lucris
Et nihil est inter carnalia vota quietum.
Nec pax sollicitis: nec modus est cupidis.
¶ Fulgentius: li. 2. fab. 3. Diuitie sempꝛ pre gnantes sunt: & nonnunq̃ abortiunt.
¶ Cato. c. 3. Quod nimiũ est fugito paruo gaudere memento. Tuta mage pupis ẽ mo dico que flumine fertur. Capitulo. 5. & fi.
Despice diuitias animo si vis esse beatus.
Cõmoda nature nullo tibi tempore deerũt
Si contentus eo fueris qđ postulat vsus.
¶ Boetius de consolatione: li. 2. c. 9. Pau cis minimisq̃ natura contenta est. Cui⁹ sa cietatem si superfluis vrgere velis aut inio cundum qđ infuderis fiet aut noxium. Ue rum illud est permultis eos indigere qui p multa possident. Contraq̃ eos minimo in digere qui abundantiam suam nature ne cessitatẽ nõ ambitus supfluitate metiãtur.

diuitie possidentibus persepe nocuerunt.
¶ Cassiodorus de amicitia.c.16. In diuitijs fides amicitie latet.¶ 17. Solidiores inueniuntur plerunq3 pauperum amicitie q3 magnatum. Tanto purior est erga pauperem charitatis affectio: quanto nulla contra eum subest adulationis aut simulationis occasio.¶ Idem epistolarum: li.9.e.22
Copia plerunq3 solet habere fastigium.
¶ Idem de charitate seu dilectione dei.c.4
Ubi copia diuitiarum maior: exuberat ibi se grauior molestia sollicitudinum totius perturbatiua quietis intrudit.¶ 5.c. Pecunia cum labore acquirit: acquisita cu3 timore seruatur: et tandem cum dolore amittit.
¶ Isydorus solliloquiorum: lib.2.c.52.
Multi propter opes periclitauerunt.
Multi propter diuitias in discrimine venerunt. Multis exiciabiles fuerunt diuitie.
Multis mortem generauerunt opes.
¶ 53.c. Diuitie nunq3 sine peccato acq̄runt.
¶ Auctor.l. qui dicitur pamphylus.c.30.
Concipit ingentes animos inanis egestas.
Et facit artificem sepius h̄ hominem.
¶ Gualterius de castellione: li.j. Nam si vera loquor auferre pecunia mores:
Non afferre solet. ¶ Libro.8.
Quanto tibi plura parasti:
Tanto plura petis: et habēdis acrius ardes.
¶ Johannes solobriensis anglicus in polycratone: li.10. Crates thebanus proiecto in mari nō paruo auri pondere: abite inquit possime cupiditates: ego vos merga3: ne ipse mergar a vobis.
¶ Ricardus iudex venuxisinus: lib. de pertractatione nupt.c.5.
Denario castella simul produntur et vrbes
Denario falli sepe puella solet.
Denario quondam qui non erat efficit fur
Et bonus ante nimis incipit esse malus
Denario sedes maculatur pontificalis.
Cum non ex meritis: sed magis credatur.
¶ Proueb. metric. extraord. l. vag. Diues diuitias non congregat absq3 labore.
Non tenet absq3 metu: non deserit absq3 dolore.

¶ De lucro et acquisitione diuitiarum. Rubrica. 3.

Salomon in prouerbijs c.13. Substātia festinata minuetur: que autem paulatim colligitur manu multiplicabitur.¶ 28.c. Qui festinat ditari non erit innocens.¶ Idem in ecclesiast.c.3. Temp9 acquirendi et tempus perdendi.
¶ Cronica de nugis philosophorum.c.2.f. de thalete: Thales qui primi sapiens nominatus est s̄m quē et septem sapientes vocati sunt interrogatus quid difficillimum: ait acquirere.¶ 6.c.f. de biante: Bias vnus de septem sapientibus quesitus quid faciens homo letatur: lucrans ait.
¶ Aristotel. ethicorum: li.8.c.8. et fi. Indigētie auxilium est lucrum.¶ Idem retho. li.2. c.16. Senes seruiunt lucro.¶ Idem polyticorum. li.5.c.2. De quibus desident ciues sunt lucrum et honor.¶ Lib.6.c.3. Multi magis appetunt lucrum q3 honorem.
¶ Jesus filius sirach in ecclasiast.c.5. Noli anxius esse in diuitijs iniustis.¶ 25.c. Que in iuuentute tua non congregasti quomodo inuenies in senectute tua?
¶ Terentius in adelphis.c.5. Pecuniam in loco negligere maximum interdū est lucrū.
¶ Oratius in epistolis: li.j.e.j. O ciues ciues querenda pecunia primum est
Uirtus post nummos.
¶ Idem in sermonibus: lib.2. serm̄.5.
Dixi equidē et dico: captes astutus vbiq3
Testamenta senu3: neu si vafer vn9 et alter:
Insidiatorem preroso fugerit hamo.
Aut spē deponas aut artē illusus omittas.
¶ Ouidius de arte amandi: li.2. Credita nō sulci semper cum fenore reddunt.
¶ Seneca tragediaru3 in hercule etheo.c.2.
Commoda cladibus
Magnis magna patent.
¶ Idem epistolarum ad lucillum: li.3.e.3.
Repsentat opes sapientia ¶ Li.12.e.2. et f.
Ex multis paupertatibus diuitie fiunt.

¶ Lucanus: li. j. Paupertas fugitur: totoq; acceersitur orbe.

¶ Lex dig. t. ad legem falci. l. predia: Perpo sterum est ante nos locupletes dici quam acqui fierimus. ¶ Li. de regu. iur. l. infrascriptis: Scdm naturam e cōmoda cuiusq; rei eum sequi quē sequūtur incōmoda. Jure ciuili equum est neminem cum alterius detrimē to vel iniuria fieri locupletiorem.

¶ Cassiodorus epistolarum: li. 7. e. 9. A pau cis accipit qui nimium querit.

